




R. 478526









BIBLIOTECA  
Pere Marés Oriol



LAVDIIVS. EQVES: NIEROSOLYMI  
TANVS AD FRANCINVM BELTRAN  
DVM. BARCHINONENSEM: DE VITA  
BEATI HIERONYMI:

**Q**uam tuo saepe hortatu francine  
Hieronymi uitam in lucem efflagitares: Coepi me  
cum prius ipse mirari uehementer. hanc siue maiorum  
negligentia: seu culpa temporum post habitam esse: Qui  
omnino studiorum in gratiam quanta semper in hierony  
mo: fuere. diuinas eius laudes silencio duxerint. Licet  
pauci admodum obscure quaedam nimis. ac ieiune de  
eo scripta reliquere: Ut nisi suis ipse laudibus toto or  
be clarus haberetur nostris adhuc ignoraretur hiero  
nymus. Quouis rei in dignitate permotus. non passus  
sum diutius hunc in obscuro uersari: Nam si plutar  
chus. grecorum historias simul ac romanorum oratio  
ne complexus est: & plinius summos ducere belli rebus  
a se gestis illustres. eloquentia tamen ornauerit: Quo  
rum breuis inter mortales gloria censeatur: Quanto  
sane rectius existimari hieronymi laudes uitam: stu  
dia: ac morum sanctitatem perscribere: Platonem. n.  
et aristotelem: Quotidie legimus: qui nil tam. nisi hu  
manum aut ipsi didicerant. aut alios instituerunt. Hiero  
nymus uero omnium pene gentium. ac linguarum inter  
pres. diuina simul atque humana consecutus est studia:  
Catonis quoque: et Aristidis. uirtutem et socratis conti  
nentiam. Idem incredibili studio superauit Iure etiam  
pythagorae. Appollonio. ceterisque sapientibus anteponen  
dus: Quos nil nisi ad peruestigandas naturae causas  
secretaque rerum in longinqua maris spatia ac terrarum  
orbem per uagatos accepimus. At is uero nouos non so  
lum aduise populos: remotissimasque gentes. aut loca per  
lustrasse. memoria proditum est: Sed diuinarum etiam  
rerum studio ad ueram homines sapientiam instituit:  
Quando nec in cicerone uis maior unquam dicendi: seu

Hic libri est Epistula Majoricarum



in demosthenes copia emanauit: **Q**uintot etiam phoeni-  
cum. Grecorum. Arabum. et. Caldorum. Hzbrycas  
interptaciones. aut nostras fecit aut meliores reddidit  
**E**t qui suo consilio christianam. r. publicam. **F**ide. **D**oc-  
trina: et auctate diu labentem confirmauit **Q**uimobrem  
mibi non solum negligetia accusandi q̄ ingrati studio  
rum habendi. **S**unt: qui tot tamq̄ admirabiles hierony-  
mi. laudes in obscuro uersari tam diu passi uidentur.  
**Q**ui cū multorū ipse uirtutes: ac gesta clarissimorum  
hominum oratione illustrauerit: neminem adhuc repe-  
rit qui acceptas ei gratias referret:

**Q**VAE: Cum animo diutius ferre non possem hu-  
lus tibi uitam francine uno explicaui libro ac tuo no-  
mini dicatam absouit: Cuius opera factum est. ut in lu-  
cem pene reuocaretur: **A**c eum etiam iacere tam diu  
uoluisse credi fas sit: **V**t tuis inde exhortationibus ad  
nostros rediret. ac per te legeret: **S**cio tamen in hac re  
multos fore: **Q**ui ut in aliorū libris improbe ingeniosi  
**S**unt. meo non parum officiant nomini. & autoris glo-  
rie multum obtreccionibus demant nam inuerso ple-  
raq̄ iudicio calumniantur. & benedicta silencio minu-  
unt ut hisce hominibus nihil eque placere possit. q̄ alio-  
rum potius maledictis: q̄ ex suis laudibus gloriam que-  
rant: his igitur responsū uelim aut sua proferant: aut  
nostra desinant accusare: **N**os tamē francine tuo freti  
consilio hieronimum aggrediamur. **C**uius lectione as-  
sidua in credibiliq̄ studio teneris: **E**t quem non solum  
uerbis: **Q**uod sepe facis. predicas. ac diuinis extollis  
laudibus. **S**ed re quoque ipsa imitaris:

**C**apitulum primum.

**H**IERONIMO. Pater fuit Eusebius: qui nobili  
genere natus. **S**tridonis sūmam imperii aliquan-  
do gessit. que olim inter pannonias. ac fines Dalmatie  
sita. **B**ello post gothorum funditus deleta est: **I**n qua  
**V**rbe. cum pater summos: r. p. magistratus ac. digni-  
tatis locum obtinuisset. hieronymū: qui tunc spe in do-



lis optime, ad summa natus uidebatur litteris, ac bonis artibus institui curauit. Quas ita auidissime per discerebat, ut cum his unice, impensius ceteris uacaret, nimirum sepe studio, ac diligentia, a parentibus increparetur. Equales uero suos ingenio omnes, ac modestia anteibat. **C**Adeoq; pudici oris, et uerecundi fuisse traditur, ut cum probatissimis moribus grauis ac rarus sermo illi esset, & moderatio animi incredibilis, tunc per inmaturationem, adhuc etatis annos; Canam in puero sapientiam redoleret, hęc tamen omnia, singularis forme decor uenustabat: **V**t nihil in hieronymo desideraretur: **Q**uod ad summam spem diuini hominis affuturi uideretur: Hęc prima eius rudimenta fuisse memorantur, hęc summa omnium expectatio: Sed mox plane factus adolescens, omnes animi cogitationes, ad studia litterarum indies refererebat, quibus miro tenebatur desiderio: **A**c iam stridonis opidi impatiens, clarissimorum hominum fama exci-tus, **R**omani sibi destinabat, ubi et summam doctorum, et urbis auctoritatem accepisset. **S**i preterea, uel rhetoras uel philosophos toto orbe clarissimos audiret, omni simul studio ad eundem concitator ferebatur: **C**um igitur decimum et sextum etatis annum ageret, neque eum paruum lacrimę, nec urbis desiderium, nec pristina amicorum necessitudines retinere diutius possent, excedendum patriam sibi putauit. **V**bi uero nec suorum precibus facti, nec ulla adduci ratione potuit: Siccis ipse oculis, e mutuo omnium complexu dimissus est. **C**omparatoq; in necessarios usus uehiculo, ad oricum peruenit. **V**bi nauim conscendens, ut in ytaliam transmitteret, uel magna hymbrium tempestate cohorta, in portum, unde soluerat, naufragio pene reiectus est: **P**ostridie tamen se in altum referens, Brundisium delatus est, hinc romam appia perexit:

**C**apitulum secundum  
**Q**UAM Roma igitur ad carissimos urbis doctores accederet, Singulos primum domi uentitans, mag





na omnium frequentia conueniebat, quos simul audien-  
di salutandiq; gratia tam longe petierat, optimos, pre-  
terea cuiusq; ordinis uiros, breui sibi studio conciliauit  
Grecis tamen impensius, ac latinis litteris operam de-  
dit. Atq; in arte gramatica, et lectione poetarum doctus  
tum secutus est, in eloquentia uero atq; exercitatione ora-  
toria uictorino usus est preceptore, hinc ad legēdos pla-  
tonis libros in primis, atq; Aristotelis analectica se con-  
tulit, ut in omni studiorum genere perfectus etiam in  
philosophia reliquos antiret. Sed tamen arguta nimis  
gymno sophistarū theoromata contempsit, nec sibi anti-  
quius quicq; ducebat q̄ ea omnia que scire hōi christia-  
no fas esset, cognoscere. Augebatur, & illius gloria in  
dies, qua nihil minus appetebat, sed nolentem sequeba-  
tur: Ea enim est publica ac uere uirtutis ratio, peculia-  
ris, ut bene meritis de se maiora, q̄ optemus cum lau-  
de tribuat. Cum igitur ea esset apud omnes hieronymi  
auctoritas & incredibili rerum penes omnium doctri-  
na, mox a damaso in gentibus ad se premiis euocatus ē  
parumq; abfuit, quin eum pontifici liberio excedenti,  
ex humanis sufficerent, nisi per aduersae factionis inui-  
dos res longe cessisset aliter: Tamen postea q̄ sumptis  
ad sacerdotium ornamenti presbiter designatus est, in  
presidium christiane, r. p. & aplci ordinis inter, Cardi-  
nales uiros adscitus est:

### Capitulum Tercium

**D**ISCE Temporibus, cum sūma omniū pernitie  
Accepto sceleris nepharii, Ariana heresis, uelut  
quodam comūi ytalie incēdio urbem romam inuaserat  
Ut multi ex christianis factionis aduersae non solum  
ab orthodoxia palam desciscerent. Sed quodam occide-  
tiffato, imperium agitantes, ecclesiam intestinis sedicio-  
nibus conuellebant: quod maxime constantis opera fac-  
tum est: qui arianos armis protegebat et partium stu-  
dia secutus, Orthodoxos inter uarios cruciatus: & tor-  
menta, supplicio affecerat: Sed plusq; nostri poenarum



optarent, dedit ille, hac igitur tam insigni omnium periclitatione hieronymi fides, et auctoritas in defensionem christianæ, r. p. erga omnes, tum maxime declarata est cuius facti preclara recordatio, nostris non parum hominibus attulit ad inmenti, atque honestissimam eius in re publica uoluntatem ac magnitudinem animi. **C**um uniuersi intuerentur, res ad eum consensu omnium delata est, tantaque celeritate perfecit: ut attritis arianorum uiribus nostrorum animos, non solum ad catholice ueritatis studia labentes confirmarit. **S**ed ab omni hereticorum in cursu liberatos protexerit interim nullis etiam hieronymus uigiliis, ac laboribus parcere: **S**emperque sibi cure rem publicam esse. **A**tque protueda cuiusque ordinis dignitate, & retinende libertatis studio omnes simul dies ac noctes impendebat ut breui patrum auctoritate, publice salutis auctor appellaretur, acceliter dimissum homines predicarent:

#### Capitulum Quartum

**Q**UENNIENNO Ferē, quo hieronymus, ad ueram christianos, sapientiam instituebat: **U**rbē partim factionis ariane periculo partim metu liberauit: **A**tque in pristinam animorum salutem confirmasset, ut recte precipiendo christum imitaretur, uniuersos doctrina non solum & auctoritate excitauit: **S**ed uite ac morum sanctitate in se, omnium oculos conuerterat, ut hieronymum simul oratione regum admirandum suspicerent, nec illi in exhortationibus suis tam bene dicendi cura inerat quam recte agendi: **A**deoque cibi omnis ac uini cuiusque generis usu abstinuit, ut coctum edisse aliquid instar luxurie esset, delicias ita omnes semper natura aspernatus est ut nihil minus sapientis esse predicaret: quam regum fortunas suspicere ac summos appetere magistratus, quibus obsceni mores redderentur: **A**c uita in solentior. **I**ta enim se homines cumulandis opibus gerere: ut plus possidere minus uero conuiescere animo possint nec se unquam satis habere credant qui uotis maiora concipiunt



Idq̄ summis p̄hoꝝ rationibus differebat. diuinis  
tamen lr̄aꝝ studiis sic pulchre omnia a se dicta exor  
nabat: uelut ornamentis quibusdam ad cetera gracie  
non parum adderet: nulla etiã maiorũ exempla pre  
termisit: que ad augendam publice salutis fidem spe  
ctarēt. Adeo multa ex uetere nouoq̄ testamēto inter  
orandum proferebat ut nihil tamen omittendũ puta  
ret: quod ex libris quoq̄ gentiliũ maxime cōduceret  
His igitur uite institutis hieronimus um omēs occi  
dētis plagas sui nōis fama penetrasset. nec rebus mi  
nor laus accederet. tūc maliuoli eius & obtrectatores  
ut in omni re preclara laudem semper inuidia conse  
quitur. benefacta illius carpere ac studia libarius ac  
cusando incessere maledictis. & qui eum probris om  
nibꝫ infectarentur minime defuerunt: tunc dohs ac  
m̄ltoꝝ insidiis circūuentus. curis undiq̄ augebatur  
neq̄ loci satis erat cōsiliũ uere sceleratissimis hōibꝫ  
resistere. Cū quibus priuata inter se odia exercebant  
hos. n. sibi omnes infensos reddiderat. cū propter cri  
stiane. r. p. defensionem. tum etiam tuende ueritatis  
studio ut nemo hostis ecclesie iudicaret. Qui eod̄ sim̄l  
tempore hieronimo quoq̄ bellũ non indixerit. sed cū  
perditissimoꝝ hominũ insidiis eum aduersum parũ  
indies procederent: rem alio deducere aggrediunt̄.  
In muliebri igitur ueste nouas artes cōmeti: ad per  
uulgatos dep̄hensi cōcubitus rumores hieronymũ in  
signi cōtumelia affecere. quam rē et si ḡuiter animo  
tulit ut q̄ se innocentissimũ fraude inimicoꝝ reuinci  
comperisset. Cedendum tamen perfidie ac sibi ex ur  
be migrandum statuit siue. ut in bono malos conuin  
ceret. seu q̄ in se odia exercentiũ motus sedaret. quod  
fieri per absētiam posse putabat. Voluntarie igitur  
urbem reliquit.

#### Capitulum quintum

**P**rimũ igitur hieronimus Roma in sciciliam  
syracusas traiecit ut in graciã transmittere



Quidam Brundisiū perexisse affirmant Vnde soluens a portu in carcyram delatus est: que epiro obiecta chaoniam ab oriente et ambrachiam excipit Relicta inde peloponesso per cycladas: & helespontum primariam urbē grecie birantium peruenit: ubi Gregorius Nazarenus epūs sedi prefectus erat. Vir summe apud omnes auctoritatis: ac doctrine perfectaq; rerum diuinā rūs sapiencia quose in litteris sacris preceptoris usū meminit hoc eciam ad rem hortantē fretisq; amicorū suffragiis. libellum unum omnino constantinopoli edidit nec usq; a latere senis discedebat donec omnia diligencius perquireret: que sibi ob multiplices latentisq; scripturaz sensus ad explanationum libros opus fore uidebant. Sed Gregorius breui dignitatez cum cūctis licet repugnantibus sponte deposuit. Reliquam etatem tygurio agere contentus proq; oneris ac magnitudine laborum ocia litterarum ceteris longe omnibus antepone. Cuius factum imitatus uitam quoq; sibi Hieronimus in solitudinem diligendam putauit.

Capitulum sextum.

**Q**uoniam comparata igitur ingenti librorū bibliotheca quaz superiorib; annis reme tanto sibi in unū studio congesserat in palestina Syria contendit Sed cum cypruz insulam preternauigaret **CONSTANTIAM** urbem delatus est. quam tunc epiphanius pontifex regebat a quo percupide mutuo in complexu exceptus est. S; post multos de rebus diuinis sermones quos altercando lūmis inter se contentionibus in cenam protraxerant: Epiphanius in admirationez Hieronimi adductus summum eius studium: & eloquenciam pro tempore laudauit Sed cum in heremum abeuntem ad nauim usq; lachrymis prosequeretur hunc in modum oratione exorsus est: Si mihi hyeronime nūc mee senectutis canicies et uires corporis infirme equo cum uoto responderent. Tecum eciaz senex ipse in uastas heremi solitudines penetrarem nec re alia pristinae mihi uires





mee desiderantur: **F**elix hieronyme. ac terq; quaterq;  
beatus q; sanctissimam dei ciuitatē aliquando ingressū  
ea loca per calcabis. que suis antea uestigiis christus im  
p̄ssit dū inter hoīes adhuc ageret. & sigula nō solū ani  
mo reuolues. **S**ed oculis presēs queq; lustrabis: **Q**uorū  
desiderio. anteq; e uita discedam. uehēmter mecū angō  
Cottidie tamē cū illis te mihi syrie regiones in animo  
referent. his igitur ab amplexu mutuo discessum est:

#### Capitulum septimum

**H**ieronimus uero e constantia soluēs. **I**opam traf  
fetauit. q; syrie ciuitas in maritimis posita est hīc  
hierosolimaz perexit ubi cū primū religiōe loci adduc  
tus est. ad crebros uocis singultū in effusissimos lachri  
maz hymbres prorupisse ferē. ut in gēti mox dolore  
correptus. dum singula de christi morte secū meditaē  
ne luctu quidē ppetuo. ac se uerberibus cōtineret. om  
niq; animi tristitiam. sil ac merorē affecto renouabat  
nunc inter crebra parietū et crucis oscula. multis illic  
lachrimis supplex orabat nūc preterita offensarū recō  
datione. pectus incessere manibus & crines uellere. ad  
christi genua puolutus. haud destitit donec sepulchro  
**D**. et caluario golgothe. atq; oliueto om̄s impēdisset la  
crimas: **Q**uos illic gemitus. quas bone ihesu tui nōis  
implorationes ediderit: **Q**uibus uere lamtationibus sin  
gula prosecutū est haud facile hoc in loco dicturus sū  
**O**mnē preterea locorū uetustatem. siue hominū memo  
ria. continerētur. aut si qua extarent nullam sibi onino  
adeundam neglexit

#### Capitulum Octauum

**H**IS Igitur rite persolutis a Cyrillo. q; tūc hiero  
solimis pōtifex erat. dimissus ē. ac se mox in Bet  
lehē recepit. ubi cū orta illic christiāe salutis initia secū  
reuolueret. uix per dies q̄tinuos e presepio abduci po  
tuit. **S**ed cum in oēs phenitie. **I**udee. ac palestine regio  
nes festinationes proparet. in tiberiadē descendit. **N**a  
zareosq; samariam. galileos: & Capharnaū pagrauit:



Tabor quoque excelsa conscendit, inde se rursus inbet  
lehem proripuit, ubi ab euagrino de captiuitate malchi  
monachi singula edoctus, libellum edidit: quod mox romam  
ad suos perlatus est:

Capitulum nonum

**H**OPTAREM Nunc eam mihi profecto a Cice  
rone summa uim dicendi aut parem sane hierony  
mo eloquentiam dari, Cuius uitam perscribere usque me  
ab initio prefatus sum, nam ut sunt in numerabiles eius  
laudes sic omnia prosequi oratione arduum est. Sed eam  
nunc maxime partem attingemus, quam in heremo consti  
tutum supra triuium durissime exercuit de cuius situ  
**Q**uoniam locus hic admonet, pauca instituto operi  
subiciemus: Palestina igitur, que syrie maritima est, qua  
parte in austrum obuertit, ad mare usque mediterrane  
um percipit, atque interius superioris arabie deserta so  
litudinesque locorum recipit. Vt ex hierosolimis iter gaza  
facientibus interiecta sit heremus uastissima. Vbi pri  
mum: Io. B. qua in parte iordanis interfuit, ac porro  
ingens anachoritarum multitudo uitam in terris exege  
runt. Hunc sibi hieronymo, locum delegit in quo preteri  
torum recordatione presertim animi labes peccataque dilue  
ret, hic uero duris se se ad membrorum lassitudinem, sobrius  
secans: corpori plagas infligebat, ut crine intosso, barba  
amento promissa: Et mesta capitis canities, horribiles  
intersquallore redderet as pectus, Horrebant et setis cru  
ra, atque exerta nudis lacertis brachia ab humeris defec  
ta uiribus lassabant, et horridum uilis corpore cylicii galbano  
integebant, obductaque situ cutis, Ethiopici uultus spem  
afferebat. Vix hominem tunc romanum agnoscere: Tan  
taque membrorum gracilitas reliqua maciem corpus ad arti  
culos usque indicabat, ut Nerius quoque ossa rigentibus exa  
rata, ad motus incessum strideret, Saco reliqua uestiebant  
tur pectusque inter lachrimas assidue pertudebat, ac ue  
lut torrens defluentis sanguinis toto corpore cruor emana  
bat die autem inter feruentis harenas ad solis radios arde



tissimi excoquebat. Noctis uero in tempesta nudus sub  
diuo agebat. hec. n. socius scorpionū prodeliis in here  
mo habuit. o uirum omnibꝫ gentiū linguīs celebrandū  
O sempiterna hominū memoria cōmendandū: Quem  
nūc ex p̄his aut sapientū aliquē hieronymo gretia com  
parabit. nūc suū athene socratē memorēt. & samii pyc  
tagoram. si uelint admirēnt. Tu hieronyme in presidi  
um generis hominū editus. christianam. r. p. diu laben  
tem confirmasti. Tu publicos dei hostes. ac diuersa he  
reseos studia. ad internitionē usqꝫ sustulisti. Felix. igiē  
hieronyme et nulli mortaliū compandus. Non mihi si  
lingue centū sint oraqꝫ. centum. ferrea uox. in tuas lau  
des sufficiam: Quid preterea. uirtutē. continētiam. pie  
tatē. Sanctimonā cōmemorē. cū nullꝫ ei ī heremo uini  
aut olei usus esset. nil etiam quamuis eger coctū aliqd  
unqꝫ edidit. ordeaceo contētus. olusculumqꝫ inter delici  
as et si per raro. habuit uulsis que herbarū radicibus 2  
asphodelo plurimū utebatur. Multaqꝫ illi post crebras  
noctis uigilias lectio erat. & orandi studiū incredibile  
ut intermissione nulla diē sepe nocti iungeret. At si quā  
do ab his ad alia traducere ne secordie interīm fieret  
locus aut nostris semper aliqd hominibus interprebat  
aut grecorū libros. aut phoenicū non Caldeorꝫ euolue  
bat. ut cū solus uitam ageret oībus tñ p̄desse uideret  
Sed cum damasi pontificis rōi crebro Iris euocaretur  
multisqꝫ ad eam rē hortantibꝫ ut ab heremo tandē: in  
uberiores aliquando scripturarū campos descenderet  
aut breues ex plationū cōmentarios. pro cōmuni omniū  
utilitate. ad id flagitantiū ederet. quozꝫ tamen precibꝫ  
cum diu aduersaret amicis hoc sepe orantibus. tandem  
obsecutus est in batlehemqꝫ ad euagriū rediit. Acce  
debat etiam ut a phrica pene omnis pari. occidētis fato  
subsecuta. tūc heresi laboraret. appollinaris quoqꝫ et ori  
genis sententiam. uniuersum pene orientē inuaserat.  
Ut omnia erroribus confusa tenerentur: Porphyrius  
quoqꝫ dialecticam impie aduersū christianos exercebat.



ac uelut argumētationū machinas. seu tormēta iaculato  
Cottidie nostros oppugnabat. undiq; etiā heretici a frō  
te & a tergo instabant. ut re iam ad hostes inclinata or  
thodoxorū acies premeretur. q̄ iam loco cesserat. nisi in  
uictissimq; ecclesie athleta hieronymus. nil ratus p̄ tpe  
cunctandū sibi omnib; occurrendū maturasset: et cum  
se bello dimicaturus accingeret nunc imparatoris mu  
nus. nūc militis. singulos abeundo prestabat postq; im  
petratam omnib; quietem. et pace ecclesiis restituta ur  
bes orientis uniuersas. q̄ fide inter se dissidebant. in re  
liquum tempus ordinauit. donec a se omnia composita  
essent:

#### Capitulum decimum

**S**UB Hoc. n. fere tempus cum galericus Rex go  
thorum ytaliam pene omnē ferro. igniq; uastassz  
romam signa conuertit. Vt ipam urbem comuni incen  
dio dirriperet: Tūc hieronymus in bethalem. post sep  
tuaginta interpretes. ac nouam simmachi. theodotionis  
et aquile apud grecos editionē aliam ipse interpretatus  
est. in qua singulos ceterorū errores locis annotatos recē  
suit. licet hanc ab initio pauci admodum haud satis pro  
bare uiderēt nec tanti sane operis inuidiam declinauit  
In singula librorū argumēta p̄fatus est. Vt digesta  
faciliq; ordie iueniri possit. ad dixosos quoq; plura dic  
tauit: Ep̄las dialogos: inuectiuas. a pologetica. et uiuen  
di normas ac uarios explanationū comētarios. uitas mo  
nachoꝝ simbolū de uirisq; illustrib; in sua usq; ad tē  
pora conscripsit. Et omelias plures ac alia p̄oro innu  
merabilia. que singula ordine prolatus esse. nisi Biblio  
polae germani imp̄ssores. suis queq; in locis. relata tē  
porib;. fideliter ad duo uolumina digessisset. q̄ mira  
quadā arte. eneoq; in singulos caracteres opificio mul  
ta cū admiratione omniu effinxere: ut que partim cul  
pa temporū. parti etiam librariorū uicio de prauata  
erant. nr̄is aliqñ hoibus q̄ emēdatissime legi possent

#### Capitulum Vndecimum



**S**ed cum hieronimus pro magnitudine scriptorū  
ac translacōnū uarietate multifaria p̄meret ut  
oium fere studiorū cogniciōe secū certaret Damastū  
profectus est et mox Anthiochiā ad appollinarem ut  
que illi obscura admodū in diuinis interpretacionibus  
uidebantur ab eo q̄ diligentissime omnia cognosceret  
Mox in egiptū reuersus Alexandriam ad didymum  
prexit Cuius ip̄e meminit habeo illi gracias que ne  
sciui didici putabant me homines discendi iam sine fe  
cisse hierosolimis quoq̄ Rabanū ex iudeis et nicodemū  
sibi p̄ceptores adhibuit qui cū sue gentis leges palam  
formidarent ad crebras noctis uigilias eū magno emp  
ti precio docebant Tūc n. Cano iam capite senior hie  
ronimi adhuc perdiscebat recte arbitratus turpius  
nescire q̄ doceri Quid in eos merito dicemus qui sin  
gulas uix artes attigerit ac sese nobis impudenter  
magistros ingerant Discant igitur si sapuit more hie  
ronimi qui cum in omnibus liberalibus disciplinis eru  
ditissimus ab ecclesiis iudicaretur nulla tamen laudū  
cupiditate aut gloria ductus est.

**Capitulū xii**

**S**ed hec enim tempora cū multis excelleret inter  
hoies uirtutibus ad diuinos plurima dictauit nec  
tamen umq̄ nisi sepe laceffitus aliorum maledictis re  
spondit : Erat enim illi preter religionē singularis in  
omnes beniuolencia et suorū caritas : Bene facta uero  
aliorū et dicta simul eque ac sua reputaret : Bonos qui  
dem omnes cum laude et honoribus prosequeretur : Ma  
los nam oderat. Genus uero oracionis ut uariū et mul  
tiplex elegantissimum secutus est ut summo uerborū  
ornatu ac sūmis creber platonem accederet Cuius graui  
tatem et ingenii prestanciam maxime inter p̄hos ad  
miratus est et quem semper studiosissime emulabatur  
Sic omnes sui seculi homines doctrina atq̄ eloquencia  
facile superauit recteq̄ omnia agendo uitam instituebat  
ut nullis pollutus illecebris aut cōtactū libinū Volup



tates corporis om̄s abiecerit : Sic inuiolata ē a se pudici-  
cicia perq̄ omnes etatis gradū conseruata in ultimā  
usq̄ senectutē .uirgo p̄mansisse creditur : Quid pere-  
grinationū labores .aut innumerabiles inimicorū frau-  
des et insidias hostiūq̄ cōmemorē .& que preterea ob-  
stidia litterarū uirtutisq̄ amorē cū sūmo capitis dis-  
crimine adiuuit : Ieiunia uero & corporis maceracōes  
abstinenciā nullāq̄ orandi intermissioneꝝ preteribo nā  
eius michi laudandi desideriuꝝ augeri sencio minui fa-  
cultatem

**Capitulum Tredecimū**  
**M**onasteria uirginū atq̄ anochoritarū plurā erex-  
it ad quam rez paule et eustocii liberalitate usus  
est que nobilissimo grecorū genere or̄te : Bona in con-  
muni afferentes .omnia cr̄sto erogarūt Sed nec illud  
omittendū putauī quod ad Eustachiū in exactica pas-  
sum se esse cōmemorat : Cum subdito ad eterni iudicis  
tribunal per tractus quoniā ciceronias esset ingentisq̄  
metu correptus ad necem usq̄ cedi sibi uisum est nisi  
spontē in sacramentū adactus ac iure iurando obstric-  
tum .nullam sibi deinceps futurā cum Cicerone lectio-  
nem respōdisset : Quo maxie in sequēti etate abstinuit

**Capitulum Quartuodecimū**  
**I**nter omnes eciam qui secū tot annos deo milita-  
sēt Eusebiū Cremosē p̄cipua caritate dilexit .ob  
eximiā eius fidē atq̄ doctrinā : Euagriū quoq̄ presbi-  
terum officio omni ac pietate profecutus est Hiis igit̄  
uite iustitueis cū iam per extremos senectutis gradus  
lxxx .et ii .etatis annum impleisset graui morbo correp-  
tus est ac ui febrium per dies iuualescente cum iam  
pene exanimis deficeret Cubiculum deferri ī medio  
rogauit mortem ipsam non tam ad corporis dissoluci-  
onem ultro contemnens q̄ animi alacritate quadam in-  
trepidus exitum uite secū morabatur Paucis ita post  
diebus cum uiribus ac naturali calore destitutum nul



lo in salutem remedio extremum iam diem uite clauderet Eucharistiam calicemq; sibi afferri imperavit pen- auit  
dentiq; e lacunaribus fune ac manibus comprehenso ad  
suscipiendum cristi corpus se tenet humeris ex re a  
terra leuauit: multaq; de uerbi misterio de futura be-  
atitudine deq; immortalitate animorum ac de deo sapi-  
entissime disseruit: omnibus igitur rite persolutis que  
ab homine cristiano in ultimo profectiois articulo fie-  
ri solent ad omnes se conuertit qui multis ei lacrimis  
assistentes: tristitia animi et merore afficiebatur quos  
ubi dissidium sui egre laturos animaduertit: omniaq;  
luctu et lamentacionibus plena intus esse. ut eos anteq;  
e uita migraret sui desiderio consolaretur hunc in mo-  
dum oratione usus est

**O**ratio pulcherma hieronymi ad suos

**C**apitulum Quindecimum

**T** si uos comilitones scio hunc meum a uobis aegre  
discessum animo perferre: Quod idem michi inter  
lachrimas. pietatem erga me uestram. in morte significa-  
stis omnes. Nihil maius tamen. hac mea ad christum p-  
fectione moriens exoptaui. quam uobis concordiam amicitiam: et  
pacem in terris. ab optimo immortalisq; deo tribui. Ne-  
que uos enim michi mortuo. seu potius uiuenti lacrimas  
impendite. ne illorum in saniam imitemini: Qui cum suorum fu-  
nera lugeant. non tam ad casum ingemiscere uideantur:  
quam eorum potius in uidere felicitati: Qui cum ab hac uita disce-  
dunt. in superiorem illam ac patriam celestem reuertantur  
in qua nobis futura est perpetue beatitudinis domicilium  
presertim eos minime lugere debetis. qui dum in terris  
adhuc agerent. beneuixerint semper. neque ea uobis mors  
dicenda est. quam immortalitas consequatur. sapientis enim  
atque optimi cuiusque mors uite quidem melioris commutatio est  
quam ut bonis uicunda sic malis in grata censenda est. o pro-  
claram nobis diem illam. atque ex optatissimam omnium in  
qua ipse a uobis discedens. ad concilium illud celestem ani-  
morum proficiscar. atque exuto iam carcere corporis. liber



ad sūmum etheris fulgorē euolabo humanisq; solutus  
uiculis.terrena despiciam.ubi in laboribus in uigiis:  
in pegrinationib; in erumpnis tam diu apud uos fui.  
**Q**uid enim ex his tandem assecuti uidemur.nisi uite  
detrimentis exilia .paupertatē.mortes.incomoda.luc  
tus ac mala postremo omnia perpassi. **N**obis igit̃ illuc  
remigrandum est ubi animorum sempiterna beatitu  
do et requies debetur atq; illic merces porro ingens la  
borum proposita est:nunc uero nature depositum red  
demus et quod mutuo accepit eum exiget illa a nobis ul  
tro restitutam nam corpus in terram soluetur:anima  
uero ipsa unde semel profecta est reuertetur:**C**uncta  
enim fires suos et interitus expectant atq; ea lege editi  
sumus in lucem ut breui alio redeunduz sit. idcirco uo  
ueram ut aliquando hinc exire. **N**olite obsecro etiam **O**  
conmil tones cum a uobis discessero lamentacionibus  
aut lacrimis prosequi. Stultum est enim eum in terris  
lugere qui ad ueram animi beatitudinem celopotitus  
sit: **H**eu q̃ in celatus meus prolongatus est Nunc enim  
post longissimos uite errores:tot pericula totq; innu  
merab les hominum casus et rerum uicissitudines post  
multasq; lacrimas ab hoc exilio ad cristum reuertar  
apud quem mihi requies tranquilla laborum meliorisq;  
uite securitas ad sempiternam illam animoruz beatitu  
dinem perfruendam debetur. **V**os igitur pacem homi  
num in terris: fidem et concordiam mutuo diligite q̃  
si a uobis impleantur me quoq; breui in superiores il  
lam ac celestem patriam consecuturi estis

**Capitulum sextūdecimum**

**P**OSTEAq; uero hieronimus dicendi finem attu  
lit. excepta est cum omnium lacrimis eius oracio:  
**U**bi uero paulo post uita excessit. tunc ingens meror.  
omnes. ac luctus occupauit. **F**unus preterea elatū est  
et quod uiuens ipse madauerat. in presepio christi con  
ditū qd lapide in morē spelūce interius excauato tumu  
li locum prestetit. **U**t hic hieronymus carnem exueret



Vbi antea pro salute generis humanū christus assūpse-  
rat. ossa uero eius postea romam translata sunt. et in  
ede uirginis ad leuam templi recondita. que diuinis il-  
lic honoribus. summaq; religione omnium seruantur:  
signa uero. ac porro miracula. que uiuo ei. ac mortuo.  
testimonio sanctitatis accessere. hoc in loco referrem. nisi  
Cyrillus: Eusebius cremonensis: et Augustinus. summa  
apud nostros auctoritate uiri: ductus pene. Eulogiis  
singula explicassent:


Capitulum decimum septimum

**H**ABES Munus igitur a me Francine perfectū  
Tuis equidem non. ut arbitror. studiis alienum  
quibus ut hec quæ a nobis cumula tuis accederent.  
proximis lucubrationibus. Factum est. Daturi etiam  
sumus aliquando operam. si te hiis admodum delectari  
insero: ut plura fortasse. ac meliora deinceps afferamq;


Finis uite hieronymi per laudiuum equitē  
hierosolymitanū edite. millesimo. quadringen-  
tesimo. septuagesimo. tercio. die quartadecima  
Iunii. in alma urbe neapoli























<sup>4rt</sup>  
DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.526

Sig. *Marc*

Mov. 8-h<sup>o</sup>

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961183



